

**Acclamations votivæ. In  
solennem promotionis actum,  
cum Jehovâ duce atq[ue]...**

Thuronius, Andreas,

*1 Ic 1664 Alanus, Johan Georg*



Acclamations Votivæ,

In Solennem promotionis Actum,

Cum

Jehovâ Duce atq; Auspice:

RECTORE MAGNIFICO,

*Consultissimo & Praclarissimo Viro,*

DN. M. AXELIO KEMPE,

Philos. Pract. & Histor. Profess. ordinario;

ET

Decano Facult. Philosophicæ,

*Speḡtabili atq; Praclarissimo Viro,*

DN. M. ANDRĒA THURONIO,

Physices & Log. Professore Publico;

*Vir Reverendus & Praclarissimus,*

DN. M. PETRUS BERGIUS, Græ-

cæ & Ebr. Lingg. Profess. ordinarius, honorum Phi-  
losoph. diribitor legitimè constitutus,

*In Regiâ Academiâ, Aboënsi, 24. Maji Anno 1664, Lauream  
Magistralem publicè & solenniter conferret,*

VIRO - JUVENI

*Natalibus, Eruditione & virtute Præstantissimo,*

Dn. Johanni Georgij Alano,

Philosophiæ Candidato pereximio:

à

*Præceptore, Amicis & Patriotis, fausti ominis ergò edita.*

A B O Æ,

Excusæ à PETRO HANSONIO Acad. Typ.

Suscipe nunc tandem studijs condigna peramplis  
Præmia, quæ confert Phæbus ALANE Tibi.  
Laurea ferta caput decorent, digitum annulus ornet,  
Te vehat & titulus per bona fata, novus.  
Insignite redi, tantisq; insignibus aucte,  
Quò Matrem exhilares, lætificesq; Patrem.  
Vivas ter felix & clarus honoribus istis,  
Amplifices famam; sic Patria atq; Tusm.

*Sinceri amoris declarandi ergò f.*

ANDREAS THURONIUS  
Phyf. & Log. Profess. ordinarius,  
Facultatis Philos. h. t. Decanus.

Mon Sieur Jean Alanus,

Ayant entendu les bonnes nouvelles de vostre promotion, en la dignité es arts, comme vous souhaitiés par long temps, je n'ay pas voulu manquer de vous gratifier & de charger tout mon cœur, en l'oyant vostre continuëlle diligence & vos labours lucratifs, avec lesquelles vous avez suivy la loüange de sapience & la couronne. Cette fort-bonne renommée vostre assiduité de prime face rendra tous vos amis, & par dessus tous les autres vostre Pere & Mere si contents & si satisfaits qu'ils ne scauroient vous exprimer qu'une partie de la laigresse qui les en demeure. je ne me mets pas en peine par long sermon à loüer tel vostre soin, puis que je pense, que nostre reciproque amitié sans mon eloquence, de plusieurs manieres vous le tesmoignera & mieux que ma plume. Au reste vous seulement ramenteurai maintenant, que je donneray cela par la continuation de mes devoirs, & par la qualité que je porte.

Monseigneur

donné à Stockholm  
Le 10 Mars A, 1664.

de vostre tres-fidel  
& bon amy

Jean Flachsenius.

**H**onorem virtutis esse præmium non rectè minus  
& vitiorum cæno pollutis, sed virtutis solum cultoribus,  
ut laborum præmium & solenne encomium, defertur  
& datur. Verum manet illud Epicharmi: *τῶν ποικίλων πῶ-  
λῆσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθὰ οἱ Θεοὶ*. Nec aliud, extru-  
cto ita Templo Honoris, ut huc nemo, nisi per templum  
laboris, admitti posset, voluere Romani; quam ut signi-  
ficarent, gloriam solo parari labore. Sic partus honor  
æternus est, & post mortem nos facit superstites, unde  
Marcus Antonius, Senator Romanus, cum Pyramides  
Ægypti lustraret, ad suos conversus dixit: Omnia tem-  
pus devorat, omnia consumit, sola gloria laborum  
nostrorum, cum tempore intercidere non potest, hæc  
ut æternum duret, vitæ est anteponenda. Talis est hic  
qui Tibi **ALANE** hodiè confertur honor: Est virtutis  
tuæ præmium, est laboris testimonium. Bonas literas  
inde usq; à puero, summo coluisti studio; hinc virtutis  
umbra honor, Te vel invitum comitatur. Jam redeunt  
tot ductæ insomnes noctes, tot necessarii facti sumptus,  
tot labores, tot exantlatæ curæ. Sic laborasse, sic su-  
dasse juvat. Cape ergo hunc honorem virtutis hæ-  
reditarium præmium, cape annulum, cape sertum,  
quo Te sibi despondet, quo te coronat, Philosophia.  
Gratulor Parentibus Tuis honoratissimis, qui filium  
suarum habent virtutum æmulum; Gratulor Tibi ipsi,  
qui ingenium, quod Tibi naturâ contigit felicissimum,  
ita excolueris, ut Te jam messis maneat amplissima:  
Gratulor inquam Tibi novum Magistri titulum & no-  
mini tuo non morituram voveo memoriam. Vale.

**E. FALANDER.**

Monsieur

Monſieur & Tres chere amy & frere!

L' amour & grande amitié que je vous porte oblige avec les au-  
tres & vous monſtres la fidelle affection que j'ai enver vous,  
j'ai une joſſe toute particuliere, du bon heur qui vous arrive  
à preſent & prie dieu, tous puſent quil face que l' honneur que  
vous avez receu, tourne à la commodite de noſtre païs & à  
la gloire de vous & de vos parents ces cel que je ſoubaite  
de tous mon cœur, puis que je ſuis & ſerez toute ma vie,  
de cœur & d' ame monſieur & tres chere amy & frere

Vostre plus humble &  
fidelle ſerviteur

SAMUEL O. WALENIUS.

SI quod ſepositum ſecretis carmen in antris  
Sparnaſſi ſervas, fera quod dulcedine ſaxa  
Ducat, & altiſonas remoretur fluminis undas;  
Nunc profer, Regina chori laudanda ſacrati  
Calliope, citharaſq; tuas lituoſq; ſonoros,  
In laudes aptato novas, nova carmina pange,  
Caſtalijs decori benè magno ſemper in hortis  
ALANO, qui nunc Chriſto Duce & Auspice Chriſto,  
Laurea ſerta capit, clari titulumq; Magiſtri;  
Quod meruit dudum pietas, & vita probata,  
Et divi mores, & virtus neſcia fati.  
Nunc igitur tremulo percurras pollice chordas  
Calliope; ſacris concordent carmina nervis.  
Interea ſupplex votis ardentibus opto,  
Ut nobis decori, ſibi laudi, ipſiq; *lehova*  
Gloriæ, inoffenſos longævus tranſigat annos.

Tenui venâ honoris ergo  
ſubjunxit

MAGNUS L. BROCHIVS.